

bis exustis, atque in cinerem redactis, quem infusâ aquâ minutatim in sal reducebant splendidum. *Nec alio salis genere tota Belgica ad nostram usq; memoriam usa est.* Excoctatus est & alius, non minus quæstuosus: siquidem advecto ex Hispaniis atque Aquitanico sinu rudi ac nigricante sordidoq; sale, exempto limo, excoctisq; sordibus candidissimum id efficiunt nostrates, rebus adservandis aptissimum. *Hæc ille;* In defectu melioris, constitutus in barbarie, interq; maria & saxa, Annis abhinc pluribus *Volquardus Iversen*, Itiner. Ind. Orient. l. 4. c. 7. prodidit memoria, f. 194. In der Insel *S. Mauritij*, weil wir kein Salz hatten/nahmen wir eine Art Salz zu machen vor / wie ichs in *Ambona* gesehen. Nämlich wir legten auf einen blatten Steinfels viel Holz zusammen/zündeten es an / und gossen immer See-Wasser darein; und wenn es zu Aschen gebrant/thaten wirs in ein leinen Tuch/ gossen Salz-Wasser drauff/ und machten Lauge; selbige kochten wir in Coqvernüss-Schalen/und bekamen gut weiß Salz; über welches unsere andere Partheyen sich verwunderten/ und lerneten solche Salzkocher-Kunst auch von uns. Hoc illud rude artificium censerî debet, quod describit *Tacitus* hoc loco; nisi quod substituit lacustrem pro marina aquam: *Non eluvie maris arescente undâ, sed super ardentem arborum struem fusâ, ex contrariis inter se elementis, igne atq; aquâ concretum.* c. 57. n. 2. Artificialem, hodièq; usualem salis excoquendi modum referunt prolixiusculè *Agricol.* lib. 12. metall. rer. *Matthes.* in *Sarepta*, *Unzer.* c. 13, de Sale, nec non *Dn. Hondorffius* cap. XIII.

§. XV. De sale fossili adjiciendum etiam non nihil. Est hoc terreum, nativum, & eruitur ex montibus, fodinis, campis. Montes singulos exponere feraces salis, instituti nostri non est. In exemplum sistimus illustriores quosdam,

C

dam,